Et non custodita seruatur, de ea acquirenda non certatur, si ne,
gligatur non minuitur, sed in immensum augetur. Propter Pau,
pertatem nemo tyrannidem gerit ut diuitias omnes: aspera qui,
dem est, sed bonæ prolis nutrix, assuefacit n. frugalitati, docet
abstinentiam, inculcat modestiam, patientiam suadet, et in ipsa
efficax virtutis gymnasium est. Ad Philosophiam quoque maximum præstat
subsidium, nam quæ illa verbis persuadere conatur, hæc reipsa per,
ferre cogit. At Diues his multis præceptis tibi opus est. sc. ut fru,
galiter viuas, ne ambitioso corporis cultu delecteris, ut corpus
laboribus exerceas; ne prodigus sis, nec etiam nimium tenax; ne fa,
stu turgeas, modestiam ut ames; omnia verò hæc docet Paupertas,
non alieno, sed proprio addiscitur magisterio. Nam Pauper frugaliter
viuit, non delectatur ambitioso corporis cultu, corpus laboribus ex,
ercet, non prodigus, nec etiam tenax est, non fastu, aut superbia
tumet, modestus est, patientiam quoque propriam sibi et necessariam esse
agnoscit. Scire ut in paupertate felicitas summa est, quæ non paupertas,
sed qui timet paupertatem timendus est. minus quoque fugienda,
nullus quippe quod pauper esset supplicio afficietur, sed quod iniustus
neque quisquam vitam laudabilem gerit quatenus Diues, sed in quantum
Justus. Securus, et contra incertam fortunæ aleam munitus esse
desideras? ad pauca, ex quibus cadere non possis te redige ad
paupertatem sponte descendere præoccupare tela fortunæ est, se,
curius enim diues erit, si quam non sit graue pauperem esse di,
diceris. inest paupertati sine qua iucundum nihil esse potest magna
securitas solum hoc incommodum patitur, quod egentibus subue,
nire non possit. Quid? cum Diues, ac opulentus quispiam pro,
fectionem in itinere parat, qui discursus, qui apparatus, qui sum,
ptus non fiunt? adornatur classis, bellicis munitionibus contra
omnes hostium incursus instruitur, remiges indita, ac milites
imponuntur, commeatus qui in multos dies sufficiat, paratur: